IOANNES DE ANANIA SVPER SECVNDO ET TERTIO DECRETALIVM.

IOANNIS DE ANANIA BONONIENSIS ARCHIDIAconi vtriuſq; Iuris Doctoris meritiſsimi in Secundum & Tertium Decretalium lectura dilucida nuſquàm antehac viſa, nunc ad Iuris ſtudioſorum vtilitatem in lucem emiſſa, diligenterq; emendata.

Acceſſerunt ſummaria elegantiſsima, cum repertorio accuratè in Alphabeticum ordinem redacto.

LVGDVNI.

M. D. LIII.

LEGES XII. TAB

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM.

Ioannis de Anania iuris & CAESAREI, ET PONTIFICII profeſſoris eximij doctiſſimi q́ in ſecũdum Decretalium librum ſingularis ac erudita enarratio.

De Iudicijs, Rubrica.

SVMMARIVM.

1 Pactum de nõ declinando iudice aliqs ſuo qui exceptiõe legitima repelli poterat eſt irreuocabile.
2 Aduerſarius dicitur qui in lite aduerſatur.
3 Iudex qui ex pacto fuit a partibus elect⁹ an vt ſuſpectus poſſit ab eiſdem partibus recuſari: ⁊ an vt teſtis poſſit repelli remiſſiue.
4 Citatio facta auctoritate propria non petita iudicis licentia eſt nulla, nec fieri põt citatio etiam iudicis auctoritate niſi ad petitionẽ partis: ⁊ reperta in actis an preſumatur facta fuiſſe ad partis petitionem.
5 Reſpondere quis non cogitur niſi citatus fuerit: ⁊ quid ſi fuerit citatus caſualiter inuentus.
6 Exceptio dilatoria debet opponi ante litis cõteſtationẽ. Cautela per quam precludi poteſt dilatoria que ſit.
7 Interrogatoria iudicis fieri poſſunt in quacunq; parte litis etiam poſt concluſionem in cauſa.
8 Contumax an dicatur citatus recedens ſine licentia.
9 Abſolui nõ debet excõicatus pro manifeſta offenſa vel cõtumacia niſi ſatiſfactione facta ⁊ quomodo ſola ſatiſfactio non abſoluit imo abſoluendus eſt expreſſe.
10 Citatio noua an requiratur contra contumacem mulctãdũ.
11 Soluere promittens In quocunq; loco an videatur ſubmiſſus iudici cuiuſcunq; loci: ⁊ etiã ſi locus nõ ſit idoneus.
12 Excommunicatus an ſit notorius fornicator celebrans. Irregularis eſt notorius fornicator.
13 Citatus an poſſit dici in iudicio repertus vel non legitime citatus vt teneatur comparere.
14 Excommunicatus an dicatur omni tempore priuatus beneficio ꝙ non: niſi excommunicatio procederet a cauſa priuãte ipſum iure. Et quomodo indiſtincte fructus ſeu redditus beneficij debent excommunicato ſubtrahi.

CAP. I.

DE Quo uult deo. Diuiditur in tres. ponitur primo facti narratio. ſecũdo contumacis punitio. tertio iniuſte petitiõis accuſatorũ repulſatio ſcða ibi placet tertia ibi nã adimi. † ❡ Qui promiſit iudicem ſuum non declinare, penitere nõ põt. vel ſic. pactũ de nõ declinãdo iudicẽ alias ſuũ qui exceptione poterat repelli. eſt irreuocabile. h. d. ſecũdũ glo. ⁊ ſecũdũ Io. an. ❡ Vel ſic ſecũdũ do. Anto. pactũ de reſpondẽdo corã iudice nõ ſuo in preſentia iudicis ⁊ iudice acceptante vnitũ paciſcentẽ iuriſdictioni iudicis ſubmit
2 tit: ⁊ ideo poſtea penitere non põt. h. d. ❡ Notat ꝙ ille dicitur aduerſarius qui aduerſatur in lite: qḋ eſt vtile propter
3 ſtatuta. ❡ † An aũt ex iſta cauſa poſſit iudex tanquam ſuſpectus recuſari. dicere habetur in gl. c. cũ ſuper. de offi. de leg. An aũt poſſit repelli vt teſt. dicet in ſpe. ti. de teſt. §. porro. ver. eſt ſciendũ. ⁊ in aut. ſi dicat. C. de teſti. ❡ Nota practicã ciuã ꝙ ante omnia dꝫ peti licẽtia a iudice: alias ci
4 tatio facta propria auctoritate non valet. de quo per Bar. in l. iiij. §. pretor. ff. de damn. infec. ⁊ in l. ſi. C. de exhibẽ. reis. iudex aũt nõ dꝫ dare licẽtiã citãdi niſi ad petitionẽ partis, per id ꝙ habet in c. bone. de poſtu. prelat. Subdit aũt do. Ant. hic ꝙ ſi reperit in actis citationẽ, ⁊ relationẽ factam fuiſſe preſumitur ꝙ ad petitionẽ partis. per id ꝙ habetur ĩ. in c. i. de litis cõte. Sed cõſidera ꝙ iſta eſt ſolẽnitas extrinſeca que nõ preſumitur in pra no. in l. ſciendũ. ff. de vb. obli.
5 ❡ Not. † quis nõ cogit reſpondere niſi fuerit citatus: ⁊ ſic facit ꝙ caſualiter inuentus non cogit rñdere. de quo dic vt habet. v. q. ſi. c. aduocatio. ⁊ per Bar. in l. i. ff. de in ius voci.
6 ❡ Nota † vtilẽ practicã ad excludendũ reũ a facultate opponẽdi declinatorias ſoli: vel vt interrogetur. ⁊ ſic eſt dare caſum, ꝙ p actũ anteriorẽ litis cõteſtationis precludit via dilatoria de quo in c. in monaſterijs de re iudi. in l. quidam
7 cõſulebat. ff. eo. ti. ❡ Nota. † ꝙ iudex põt in qualibet parte litis partes interrogare. de quo in l. vbicunq;. ff. de interrogat. actio. ⁊ in c. cũ Io. ad ſi. i. de fide inſtru. quod procedit vt dicit do. Ant. nõ ſolũ ad declarandũ dubiã intẽtionẽ actoris. ſꝫ ad illã fundãdã: ⁊ hoc fieri poterit etiã poſtꝗ eſt cõcluſum in cã, põdera gl. in verbo, interrogat. ⁊ in de. ſe
8 pe. de verb. ſig. ❡ Notat ꝙ citatus recedẽs ſine licẽtia põt dici cõtumax. xi. q. iij. certũ. Sed pondera ꝙ ille tex. nõ probat de quo hic per do. Ant. ⁊ per Bar. in l. ij. ſuita. §. Iulia
9 nus. ff. de dã. infec. ❡ Nota † ꝙ pro manifeſta cõtumacia vel offenſa excõicatus nõ dꝫ abſolui niſi prius ſatiſfaciat. de quo. in c. venerabilibus. §. ſecus. de ſen. excõ. li. vi. ⁊ põdera ꝙ nõ ſufficit ſola ſatiſfactio, imo dꝫ abſolui. de quo per
10 Inno. in c. cũ bone. ſi. de eta. ⁊ quali. ❡ Nota † cõtumaces poſſe mulctari ſine noua citatione ex antiqua cõtumacia. ꝙ intellige verũ in ſnia excõicatiõis ⁊ alia pena que reſpiciat proceſſum, ſecus in alia pena extrinſeca ꝙ illa imponi non poteſt ſine noua citatiõe. de quo per Io. an. in c. q; ſi. §. porro. i. vt litis nõ cõte. ⁊ per Bar. in l. iij. §. ſi ad diẽ. ff. de re mili. ⁊ ideo dicit doc. ꝙ in caſu huius. c. poterit procedere ſine noua citatiõe per id ꝙ habetur in c. cã. de do. ⁊ cõtu. li. vi. ⁊ põdera ꝙ litera iſta nõ probat ꝙ poſſit procedi ſine no
11 ua citatiõe. ❡ † An aũt ille q pmiſit ſoluere in quocunq; loco teneat: gl. iuris ciui. exponit p idoneo. ſꝫ cõtra doct. cõtra. ⁊ hoc limitat niſi vbi reperiat vt viator, vt per Io. an.
12 in c. romana. de fo. cõpe. li. vi. ❡ Vtrũ aũt † notorius fornicator ſi celebrat ſit irregularis do. Ant. tꝫ ꝙ ſic p. c. pter hoc.
13 xxxii. diſt. ❡ An aũt † repertus in iudicio ⁊ nõ citatus, vel citatus ſed nõ legitime, poſſit corñdere aduerſario: vi
14 de hic plene per doc. ⁊ in c. cũ. de offi. dele. ❡ No. † ꝙ excõicatus nõ priuat titulo beneficij niſi cã excõicatiõis cauſaret cã priuãte ipſum iure puta in cauſa hereſis vt c. excõicamus. i. de here. debet tñ excõicato fructus bñficij ſubtrahi ſiue redditus, de quo in c. paſtoralis. ad ſi. i. de appellationibus ⁊c. Io. de Ana.

SVMMARIVM

1 Laici negocia eccleſiaſtica tractare non poſſunt.
2 Collatio beneficiorũ an poſſit in laicũ cadere.
3 Prelatorum appellatione qui comprehendantur.
4 Prohibitio eius qui nõ hꝫ ius prohibendi põt vilipendi.
5 Prelatus poteſt exercere cenſuram contra laycum etiam iudicem prohibentem ipſi in ſua iuriſdictione.

CAP. II.

DEcernimus. Diuidit in tres. q; tria ſunt dicta ſecũda ibi. ⁊ ꝗ tertia ibi. nec ppter. † Laici negotia
1 eccleſiaſtica tractare nõ poſſunt. ſꝫ cauſe eccleſie per iudices eccleſiaſticos ſunt tractande. h. d. ❡ Et pro intellectu hui⁹ decret. vide gl. i. c. xxix. diſt. ⁊ in c. ſi. q. v. ⁊ in c. xcvi. diſt. in. bñ quidã in gl. laico. ⁊ glo. preſ. romani pontifici. ❡ No. ꝙ ois diſcuſſio ⁊ tractatus negotiorũ eccleſiaſticorũ prohibet laicis. Vtrũ aũt collatio beneficiorũ poſſit cadere in laicũ dic per Inn. in c. ꝙ ſicut. ſ. de elec. ⁊ pro
3 batur melius in c. ſi. i. de cõce. preb. ❡ Not. † ꝙ ex hac litera bene probari qui cõprehendantur appellatiõe prelatorũ: ⁊ cõcludit ꝙ lato ſumpto vocabulo omnis habens curam vel adminiſtrationẽ eccleſie põt dici prelatus: per id quod habetur in c. tua. i. de cle. egro. ⁊ c. exquiſita. de teſta. ſed ſtricto ſumpto vocabulo rector eccleſie parochialis nõ dicatur prelatus. per cle. dudũ. de ſepul. ⁊ eſt vtile ſcire qũ materia fauorabilis ſit lata interpretatio iuxta ea que habetur in c.
4 odia. de re. iur. li. vi. ❡ No. † ꝙ prohibitio illius qui nõ hꝫ
5 ius prohibẽdi põt vilipendi in l. tutor. ff. de minorib. † No. ꝙ prelatus põt exercere cenſurã cõtra iudicẽ laicũ prohibẽtẽ vel turbantẽ ipſum in exercitio ſue iuriſdictionis per id ꝙ habetur in l. i. ff. de offi. delega. Io. de Ana.

SVMMARIVM

1 Iuris patronatus cauſas tractare nõ debent laici.
2 Iuſpatronatus eſt qḋ ſpiritualibus annexũ ⁊ poſſideri põt p laicũ vt tranſeat ad heredes etiã extraneos nec vendi põt. ⁊ quo caſu in laicũ diſpẽſatiue in n. 4.
3 Connexum ſapit naturam eius cui ſubnectitur.
5 Preſentato nõ acquirit ius in beneficio per ſolam preſentationẽ factã a laico, ſed per epiſcopi inſtitutionem.

poſſunt diſponere. Et ideo forte poteſt dici ꝙ hic fuit re-
ceptum ſub illa conditione, ſub qua fuit facta cõfirmatio.

SVMMARIVM.

1 ☞ Dictio Sicut, ponitur cauſatiue in cõfirmationibus
ex certa ſcientia: nec nocet ſi verbum confirmationis confir
mati tenorem precedat.
2 Decima eſt quid ſpirituale. Et an poſſit ſuper illis cõpro-
mitti.
3 Executio poteſt de partium conſenſu differri in tempus.
4 In confirmatione debet inſeri tenor confirmati.
5 Contractus præſumitur iniuſtus vel illicitus ex qualitate me
diatorum.

CAP. VIII.

Venerabiles. Communis diui-
ſio. Scđa ibi: man-
1 damus. h. d. † In cõfirmationibus, que fiunt ex
certa ſcientia verbum Sicut ponitur cauſatiue:
nec nocet ſi verbum Confirmationis cõfirmati tenorẽ pre-
2 cedat. h. d. † Vel ſic: Non valet compoſitio ſuper decimis,
& ſic ſup iure ſpirituali: & hoc, niſi ſit munita alias initia au-
thoritate ſuperioris. Facit. j. de preben. niſi. h. d. Vel ſecun-
dum Inn. di. ꝙ hic non fuit facta propter ſuper iure ſpiri-
tuali, ſed potius quo loco, vel tempore, vel quibus perſo-
3 nis decime ſolui debeant. ¶ No. † ꝙ partes poſſunt ex cõ-
uentione dare executionem laudo ad tempus, vel ſub con-
ditione: & tunc talis conuentio ſecundum Hoſt. habet in-
ſtar contractus celebrati in ſcriptis, qui non habet effectũ
niſi ſcriptura cõpleta. in. l. contractus. C. de fide inſtru. Põ-
dera tamen, ꝙ hic non loquit̃ propter in laudo, nec in actu
4 habente vim laudi. ¶ No. † ꝙ cautum eſt in literis confir-
mationis facere inſeri tenorem confirmati: ꝙ tunc multum
5 operatur, vt in glo. † Et etiam pondera ꝙ ex qualitate me
diatorum præſumitur pro contractu, & pro carentia vitij in
ipſo contractu. Facit quod habetur in. c. niſi. de preben.
¶ No. hic caſum, in quo creditur tenori exemplorum inſer
to de certa ſcientia pape licet contrarium habeatur in. c. ac
cepimus. de fide inſtru. ſcilicet ꝙ non creditur exemplari, ſi
originali.

SVMMARIVM.

1 ☞ Confirmatio facta in forma communi non ledit iura
dioceſani.
2 Delegatus non poteſt vnam eccleſiam alteri ſubijcere.

CAP. IX.

Tua nobis. Primo ponitur par-
tis conqueſtio. Secun
do pape prouiſio. Secunda ibi: cum ergo. h. d.
1 ¶ † Confirmatio in forma communi non ledit
ius dioceſani. h. d. Vel ſic: Collatio eccleſie facta alteri eccle
ſie per legatum ſedis apoſtolice, etiam poſtmodum confir-
mata per papam in communi forma, non tollit, nec mullũ
2 reddit ius dioceſani. h. d. ¶ No. † ꝙ delegatus non vide-
tur poſſe vnam eccleſiam alteri ſubijcere, nec ſubtrahere
obedientiam vnius, & alteri applicare. Et ſic non videtur
quod poſſit iuri inferioris detrahere, nec illi derogare,
nec vnam eccleſiam, maxime collegiatam, alteri vni-
re. De quo in. c. ſicut vnire. de exceſſi. prela. & plene
per Spe. in ti. de offi. deleg. §. nunc oſtenden-
dum. & in de. quero ſeptio. & verſi. premiſſa.
cum multis alijs. Vtrum autem con-
ceſſio iſta, de qua in litera, fuerit va-
lida, vel nõ: dic vt hic per do.
& plene per Frede. de Se-
nis in conſilio. clx. c.
Ioannes de A-
nania.

Finis ſecundi libri Decretal.

Laus Deo.

In Tertium Decretalium
LIBRVM IOANNIS DE ANA-
nia archidiaconi Bononienſis interpretatio.

De vita & honeſtate clericorum. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 ☞ Clericorum qualis eſſe debeat honeſtas, & ꝙ ſunt vel
ſerui debent a iudicijs abſtinere.

¶ Continuatur. Viſum eſt. ſ. de Iudicijs, & ipſa iudicia
1 concernentibus: † verum ꝙ clerici, inquantum poſſunt, de-
bent a iudicijs abſtinere, ꝙ ſeruos dei litigare nõ oportet.
Lj. q. vlt. ſi quis ſacerdos. Ideo hinc ſumpta occaſione vt ge
neraliter author oſtendat a quibus, clerici debent ſe abſti-
nere: qualis dicitur eſſe honeſtas eorum, & vita. Vel non
eſt neceſſaria continuatio: ꝙ eſt principium libri, per gl. ſin-
gularem in Rubrica de condict. furtiua. De hac materia
habetur. xxiij. diſtin. his igitur. & c. clerici. cum ſequentibus.
xxxv. di. per totum. gl. & glo. & repetitur in. vi. & cle.

SVMMARIVM.

1 ☞ In diuinorum celebratione laici eſſe debent diuiſi a cle-
ricis celebrantibus.
2 Laici ſi in choro ſedeant, vel altari ſunt propinqui, nõ pec-
cant mortaliter.
3 Clerici, etiam coniugati, diuiſi eſſe debent a clericis celebran
te diuina.
4 Oblationes an clerici facere debeãt iuxta altare, vt ſit quo
tidie: nam ſacerdotes ſolent eos expectare.

CAP. I.

Vt laici. Habet tres par-
tes. Scđa ibi:
ſed pars illa. Tertia ibi: ad o-
randus vero. Et hoc intendit:
1 † Cum celebrant diuina, diui-
ſus debet eſſe clerus a populo.
h. d. Et congruit ei. ꝙ reperit
vna honeſtas. vel ſic: Laici pro-
pe altare, vel in choro, dum diui
na celebrant, ſedere nõ debent,
ſed illuc accedere poſſunt expleto officio cauſa orandi, vel
cõmunicandi. h. d. Vel ſic: Diſparitas habitus, vel profeſſionis,
impedit ſocietatẽ imparium. h. d. Et ratio huius ſumitur ex
2 cle. i. §. de elect. † Adde dñm. Inn. ꝙ iſtud cap. loquit̃ de cõſi-
lio, & honeſtate: & ideo qui facit contra, nõ peccat mortali-
ter. Circa qđ adde bonã glo. in. c. i. de treuga & pace. ¶ Not.
3 † ꝙ in actu diuinorum videtur prohibita mixtura clericorũ &
laicorũ. Quod intellige verũ, ſi ne laici ſint cõiugati, ſiue nõ:
imo dñs do. illud. qđ hic dicit̃ in laicis, habet locum etiam in cleri-
cis cõiugatis. Pro quo facit id, quod habet̃ in. c. j. de cler.
cõiuga. li. vi. Habet etiã locũ in clericis in minoribus cõſti-
4 tutis, in. c. ſ. de cle. egro. minist. ¶ Not. † & pondera verbũ
ſtare, & Sedere: Nã per hoc videt̃ ꝙ itinerãdo poſſint lai-
ci ire ad altare cauſa offerẽdi, vel oſculandi altare, nõ faciẽ-
do ibi morã. Et hoc tꝫ hic Io. An. & Io. de Lig. quẽ ſequi
tur do. Pe. de Ancha. tꝫ cõtrariũ. imo reprehẽdit ſacerdo
tes, qui expectãt laicos ad altare vt offerãt. Sed do. Io. de
Imo. ſaluat primũ dictũ. Tu põdera ꝙ Io. de Lig. viſo
ſ. fundat ſe, & do. Io. de Imo. fundat ſe in primo. ¶ No. in
verbo Nõ preſumãt, ꝙ a cõtrario probat iſta litera ꝙ ſi lai-
ci inuitant a clericis, poſſunt ſimul ſtare, imo ſtare poſſunt
inuitati vt pſallant, per id, quod habetur. xxiij. diſtin. c. j. & c.
iij. & maxime deficientibus clericis, per id, quod habetur in
c. inter quatuor. j. de religio. domibus.

De cohabitatione cleri. & mulierum. Rubrica.

¶ Continuatur. Viſum eſt. ſ. generaliter de vita & honeſta
te clericorum: Verũ ꝙ cõſortia & cõmercia vt plurimũ red-
dunt vitam inhoneſtam, & ſuſpectam: ideo ponitur hic ti-
tulus. Et de materia habetur in iuribus alleg. in. ſ. & ſ.

SVMMARIVM.

1 ☞ Feminas, quas etiam canones antiqui permittunt, ſi
ſuſpecte ſint, non debet ſecum ſacerdos retinere.
2 A ſuſpitione an excuſet parentela.
3 Conſanguinei indigenti poſſunt presbyteri de rebus ſue

Bal. l. circa hoc in l. hac edictali. §. iniuria. in titulo de pace
iura. firman. vbi dicit ꝙ aliud eſt trahere. aliud eſt percute-
re: quę diſcrepant ad inuicem natura & effectu: vt l. verum. ff.
de furt. & l. ſed eximendi. ff. ne quis eum, qui. &c. ¶ Jo. An.
dicit ꝙ ſi trahat per mantellum, vel tenet frenum equi. ꝙ eſt
excommunicatus. Si autem eſt excommunicatus trahēdo
per mantellum extra eccleſiam, violat eccleſiā: ergo nō gau
5 det immunitate. ¶ † Quid autem ſi vnus ſtans in eccleſia
ſagittat & vulnerat vnum exiſtentem a longe extra eccleſiā,
vel e contra. Do. Pet. de ancha. dicit ꝙ iſtę ſunt pulchrę &
ſubtiles quęſtiones. & deciduntur per id, qđ not. Bar. in l. li-
bellorum. ff. de accu. Tu de hoc vide in l. damni. §. Sabini.
ff. de damno infecto. & per glo. & doct. in c. i. de conſecra. eccle.
vel altaris. li. vi. & in c. i. de priuileg. c. ſi per doct. Bar. in d. l. li-
bellorū. ponit iſtā quęſtionem, quia locus debet poni in li-
bello. Pone ergo ꝙ vnus exiſtēs in platea ſagittauit vnū
extra plateam, quis locus debet poni? Dicit ipſe ꝙ debet
inſpici an quo ſe fundat accuſator: ſi ſe fundat ꝙ ſagittauit,
tunc locus patet, & eſt apponendus. Si autem ſe fundat in
percuſſione: & tunc debet poni locus vbi fuit percuſſus. Et
ſm iſta poteſt decidi noſtra quęſtio. Sed per iura canonica
allegata poteſt decidi, ꝙ regula eſt ꝙ eccleſia polluta ſan-
guine debet reconciliari. Pone ꝙ percuſſi extra eccleſiam,
& ille currit ſtatim in eccleſia. an eccleſia ſit polluta: vel e con
tra percuſſit in eccleſia, & ille ſtatim exiuit eccleſiam anteꝗ̄
ſanguis exiuit. an ſit polluta eccleſia. Vide gloſſ. in d. c. i. de
conſecr. eccl. vel alta. Quid autem ſi exiſtens in eccleſia man
dat occidi extra eccleſiam, vel e contra? Dic per Bart. in fi-
nali in l. ſi ut proponitur. ff. de fideiuſſoribus. Tu adde gl.
& doc. in c. i. vt lite pendente. quia mandās & mandatarius
puniuntur eadem pena: vt c. mulieres. §. i. de ſent. excommu.
6 ¶ † Bar. ibi ponit. vnus exiſtens Bononię mandauit ho
micidium fieri Florentię, & ipſe poſtea reperitur Florentię.
An ibi poſſet conueniri, & capi. Et dicit ipſe videndum ex
qua cauſa condemnatur. an quia mandauit, vel quia occidit:
7 vide per eum ibi. ¶ † Quęrit hic Jo. an. pone ꝙ quis deli-
quit in eccleſia, nō ſub ſpe immunitatis, an gaudeat immu-
nitate? Et videtur ꝙ ſic: quia textus exprimit iſtam ratio-
nem ſub ſpe. &c. Contrarium tenet ipſe, quia iſta fuit ratio
non finalis. Et etiam ſi eſſet finalis, quia ſunt alię rationes
8 finales. & ceſſante vna, ceſſat alia. ¶ † Sed pone ꝙ inciden-
ter quis occidat aliquem in eccleſia, an gaudeat eccleſiaſtica
immunitate? Et dicit Hoſt. hic ꝙ ſic. nec habet locum iſte
tex. Et per hoc dicit Bal. in l. i. de pace tenenda. ꝙ ſi quis
fecit pacem cum aliquo, & ex noua rixa vnus occidit alium,
an dicatur pax rupta. Et dicit ꝙ non. Et allegat dictum
Hoſt. hic. Tu adde Bar. in l. verum. ff. de furtis. vbi ponit
etiam ſi quis faceret furtum. vel adulteraret vxorem amici,
9 an intelligatur pax rupta. ¶ † Pone ꝙ ciuitas & archiepi-
ſcopus habent molendina ſuper flumine, & erat conſuetu-
do ꝙ quilibet ſolueret duodecimā partem, qui ibat ad mo-
lendinum. & illi portabant frumentum extra ciuitatem: hoc
videntes laici ſtatuerunt ꝙ omnes noſtri ſubditi ſoluant
duodecimam partem, & illam dimittant in tali loco in ci-
uitate. & per hoc nullus ibat ad molendinum archiepiſco-
pi. quia bis nolebant ſoluere. Sunt conſilia pro & con
tra. an ſtatutum valeat. Bal. ꝙ ſic. Collegium Juriſtarum
conſulit pro clericis, & alij multi doctores. Laus Deo.

Regeſtum.

a b c d e f g h i k l m n
o p q r s t v x y z A B
Quaterniones. C vero eſt ternio.

Lugduni,
Excudebat Petrus Fradin,
1 5 5 0.